

Minor probatur; qvia fides non est ex fide, sed ex auditu verbi.

*Quicquid non est ex fide, est peccatum:
Auditus verbi, per quem fides generatur,
non est ex fide:*

*E. Auditus verbi, per quem fides genera-
tur, est peccatum.*

Minor est certa; nam auditus ille non est ex fide, sed potius fides ex illo auditu.

*Quicquid non est ex fide, est peccatum:
Homo non est ex fide:
E. Homo est peccatum.*

Minor est certa; Homo enim ex carne & per carnalem generationem, non ex Spiri-
itu, per spiritualem generationem est homo.

*Quicquid non est ex fide, est peccatum:
Edere & bibere non est ex fide:
E. Edere & bibere est peccatum.*

Minor est certa; Nam edere & bibere est ex appetitu naturali, non Spirituali; & ut animales homines edimus & bibimus, non ut Spirituales.